



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De modo ministrandi Baptismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Verum grauiſſimè Parochus monebit, quàm grauiſſimè illa peccent, ſi quado mortis neceſſitate non cogente, Baptiſmum miniſtrare audent.

Quamobrem illud etiam interdum opportunè nunciabit, vt cum mulier propè paritara agrè ſe habet, de eiùſque partu timetur, ſtudeat in primis Parochum in tempore accèſſere: aut, ſi eum habere non poteſt, aliquem ex eccleſiaſticis miniſtris, aut deniq; virum laicū baptizandi peritum in promptu habere: vt ne obſtrictibus fœminis, niſi in ſumma neceſſitate, cui aliter prouideri nullo modo poteſt, baptizandi locus vnquam detur.

Parentes autem omnino caueant, nè liberos ſuos baptizent abſque manifeſta neceſſitate, cum ſcilicet alij quoquo modo apti non adſunt, & periculi virget neceſſitas, quod ipſe etiam monebit, prout vſu aliquando venerit.

De modo miniſtrandi Baptiſmi.

Miniſtratur Baptiſmus triplici modo, immerſione, inuſione aquæ, & aſperſione. Sed immerſionis modus cum antiquiſſimi in ſancta Dei Eccleſia inſtituti ritusq; ſit, idemque in eccleſia Ambroſiana perpetuò retentus: ab eæ mergendi conſuetudine recedi non licet, niſi imminens mortis periculum in ſtet; tumq; vel aquæ inuſione, vel aſperſione miniſtrabitur, ſeruata illa ſtata baptizandi forma.

Ad aquæ baptiſmalis inuſionem, non manus, ſed vās ob eam cauſam paratum adhibebitur.

Id Parochus mergendo ſeruabit, vt ab eā parte fontis baptiſmalis ſtet, vbi directo obtutu orientem ſpectet.

In immerſione hoc ſeruabit, vt infantis latera manu vtraque firmiter excipiēs, illi ſupini occiput ter mergat: primò dicens, [In nomine patris, iterum, & filij, tertid, & Spiritus ſancti.] Quæ in immerſione animaduertet, vt dum mergit, infantem nè lædat, at aquam verè illius occiput immerſione tangat.

Si quando autem duo, plureſve infantis Baptiſmo offeruntur, eorum

vnicique exorcifmum, catechiſmum, & reliquas ſtatas cœremonias ſeparatim adhibebit: ſuper ijs tamen ſimul orationes dicere poterit, numerumque commutare vbi opus eſt, vt pluribus conueniat.

Infantibus autem oblatiſ, partim maribus, partim fœminis, ſeparatim, atque ordine miniſtrabit, maribus ſcilicet primò, & deinde fœminis, mutata nominis verbiq; ratione pro ſexu genere.

Et verò quod in Eccleſia Ambroſiana veteris inſtituti, & conſuetudinis eſt, decreto etiam prouinciali renouatum, vt infantis in hebdomada authentica nati, Sabbato ſancto ad Baſilicam Metropolitānam; & qui item hebdomada Pentecoſten proximè antecedente in lucem editi ſunt, ad eandem Baſilicam Baptiſmo offerantur; id vnuiſque Parochus ſeruet; vt ijs ſoleni ritu huius eccleſiæ Archiepiſcopus Baptiſmū miniſtret. A qua ſolenitate, quæ Archiepiſcopalis muneris eſt, alius omnis, vel Archiepiſbyter, vel Prepoſitus, vel Parochus, tam vrbiſ, quàm diœceſis abſtinebit.

Prou. 4. tit. que pert. ad ſacrā. bapt. pag. 135. 6.

De cœremonijs, quæ in Baptiſmo adhibentur.

Ritus, cœremonia, & ſolenitates, quæ in Baptiſmo adhibentur, eiùſmodi ſunt, quas omittere nefas eſt, niſi cum baptizandi neceſſitas inſtat.

Quamobrem Parochus cum illas, tum earum myſteria, & ſignificationes rectè tenebit, vt & religioſè riteq; hoc ſacramentum miniſtret; & peritè pieq; earū myſteria fidelibus exponat.

Has autem ſtatas cœremonias ſacerdos cum Baptiſmum miniſtrabit, numquam planè omittet, niſi quando ob neceſſitatem miniſtrabit.

Atque omnes quidem hæ cœremonia præcationeſque ad tria capita rediguntur.

Aliæ enim ſunt, quæ antequam accedatur ad Baptiſmi fontem, ſeruantur: aliæ, quæ cum ad ipſum fontem ventum eſt, adhibentur: & aliæ præterea, quæ præſtato iam Baptiſmo addi ſolent.